DE FEBRE QVARTANA INTERMITTENTE

DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

SVB PRAESIDIO

VIRI ILLVSTRIS ET EXPERIENTISSIMI

ALBERTI HALLERI

PHIL. ET MED. DOCTORIS

SERENISS. AC POTENTISS. REGIS M. B. ARCHIATRI

ANAT. CHIRVRG. ET BOTAN. P. P. O.

SOCIETATIBVS REGIAE LONDINENSI ET SVECICAE ADSCRIPTI.

AD DIEM XVI. SEPTEMBR. CIↃ IↃCC XL.

PVBLICE DEFENDET

GEORGIVS GOTTHELF BIELCKE

IENENSIS.



GOTTINGAE

APVD A. VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.

AL MOLT' ILLVSTRE ED ECCELLENTISSIMO

SIGNORE SIGNORE E PADRE

MIO COLENDISSIMO

IL SIGNOR

GIOVANNI FELICE BIELCKE

BORGOMAESTRO DELLA CITTA DI GIENA

E BIBLIOTECARIO DI S. A. S.

IL SIGNOR DUCA

D' ISENACO

MOLT' ILLVSTRE ED ECCELLENTISSIMO

SIGNORE SIGNORE E PADRE

MIO COLENDISSIMO.

Se mai s'è offerta un' occasione commoda di darLe un saggio publico della mia inviolabile osservanza filiale, questa è appunto, che mi fornisce la presente disputazione inau-

gu-

gurale, che Le consagro con tutta la divozione convenevole ad un cuore, che l'ama senza finzione. L'amore suo veramente paterno, l'esortazioni uscite dalla tenerezza del suo petto a mio favore, la cura instanchevole per tutta la sua prole, e più in particolare quella, colla quale hà vegghiato al mio avanzamento nella pietà, negli studi, ed in tutto quello, che poteva contribuire alla mia salute spirituale e temporale, meriterebbero un Panegirico che nè la debolezza della mia penna, nè la piccilezza dello spazio, mi permettono di farle, e del quale il suo animo tutto consagrato all umiltà degna della perfe-

zione Cristiana mi dispensa più, che non mici obliga. Sono dunque persuaso, che resterà appagata della mia divotissima riconoscenza, e ch' aggradirà, che l' assicuri con suisecratezza della grata memoria di tutti i benefici goduti fin dalla mia tenerissima fanciullezza, per mezzo della sua graziosa protezione, protestandoLa in oltre santissimamente, che nè il successo del tempo, nè la mia nuova dignità, ne altre mutazioni del mio stato non potranno mai scancellare dal mio animo la gratitudine scolpitavi a caratteri indelebili, imperochè dopo Iddio Lei sola, per le sue saggie instruzioni, e quelle fattemi

dare

dare da tali, ſcelti per la ſua particolar prudenza a queſto fine, per Maeſtri de miei ſtudi e quello, a cui devo e confeſſo ogni mia felicita, e ſenza cui non ſarei mai pervenuto ad un tanto grado in cui potrò condegamente ſervire il mio proſſimo nell' Arte Medica. Io mi prometto il ſuo benigniſſimo aggradimento, e dal canto mio non ceſſerò mai d' eſſere con tutto riſpetto dovuto Le

DI V. S. MOLT' ILLVSTRE ED ECCELLENTISSIMA

VMILISSIMO, VBBEDIENTISSIMO ED OBLIGATISSIMO SERVITORE

Goettinga ai 15 di Septembre 1740.

GIORGIO GOTTHELF BIELCKE.

CANDIDATO CLARISSIMO.

S.

P R A E S E S.

Dissertationem, quam iunctim defendimus, Tibi remitto intactam, Vir doctissime. Opportunius visum est, si eruditio Tua profectusque in arte salutari se commendarent ipsi, quam si meis cagitatis tuas turbarem hypotheses, & necessitate aliqua non evitabili discors tractatio, & incerta, & suspensa, prodiret. Forte non tanta est hypothesium in re medica dignitas, ut in eligendis abstrusis causarum rationibus operae precium sit curiosum esse: &, si quidem omnes solo probabilitatis gradu differunt, nihil adtinet, an paulo difficiliorem defendas. Quidquid vero in Theoria Tua a mea sententia fuerit alienius, id omne, pro eruditione Tua, Te tutaturum confido. Potest enim erudita tractatio etiam ea saepe commendare, quae propria indole infirmiora viderentur. Vale.



A Ω.

PROOEMIVM.

Quum ad diſſertationem Academicam, quae ſit ſpeciminis loco, conſcribendam animum adpelleremus, initio quidem haeſitavimus, qua in re verſaretur induſtria noſtra. Haud facilis enim eſt in tot ac tam grauibus, quibus ſcientia medica praecellere ſolet, thematibus electio. Tandem in illuſtrem illam de febrius materiam incidimus, ac quia huius morbi variae ſunt ſpecies, de *quartana* eaque *intermittente* agere apud nos conſtituimus. Non neſcimus, multos doctiſſimos omnique laude noſtra maiores medicos in eodem labore deſudaſſe, e quorum numero Duumviros Illuſtres non poſſumus quin commemoremus, Illuſtrem inquam *Wedelium*, academiae patriae no-

ſtrae medicum principem, in diſſertatione academica de febri quartana; & Paul. Gottlob. *Werlhofium* Sereniſſimi ac Potentiſſimi Magnae Britanniae Regis Archiatrum Excellentiſſimum, cuius *obſeruationes de Febribus, praecipue intermittentibus*, omnem ferent aetatem. Tantorum et aliorum Virorum veſtigia legere, tantum abeſt vt a noſtri muneris ratione abhorreat, vt potius cum eodem idem conuenire probe intelligamus: & quoniam ipſe Medicus Regius libro excitato eruditiſſimo pag. 272. ingenue fatetur, aetiologiam febrium (in genere) inter arcana naturae miracula ad huc reponendam eſſe, quis eſt qui tanta in re ingenii vires periclitari vituperet. Periclitari inquam. In magnis enim & voluiſſe ſat eſt. Age igitur, & ipſum negotium adgrediamur, in quo pertractando principia Celeberrimi ac Illuſtris *Hambergeri*, praeceptoris noſtri aeternum deuenerandi, nos ſecuturos fore, id vero eſt quod publice profiteri neceſſarium duximus.

§. I.

Morbus intemperiei calidae vniuerſalis, à fermento ſalino ſulphureo rarefacto & inaequali proveniens, aliaque ſymptomata efficiens, dicitur febris in genere.

§. II.

§. II.

Febres dividuntur in intermittentes & continuas, continuae febres dividuntur in acutas, peracutas & acutiſſimas, & in lentas atque hecticas.

§. III.

Intermittentes ſunt Quotidianae, Tertianae & Quartanae, de vltima intermittente febre hic agere eamque definire placet.

§. IV.

Itaque *Febris quartana intermittens* eſt quae poſt IIL. horas, hinc quarto die, intercalaribus integris binis diebus, recurrit, a fermento acido ſeroſo atque bilioſo, per dicta intervalla ad ſanguinem accedente, proveniens.

§. V.

Originem ducit ex viſceribus ſanguinem depurantibus obſtructis, v.g. ex hepate, liene, & glandulis meſenterii. Debetur autem obſtructio particulis tartareis

pituitoſis viſcidis & lentis, in Maſſa ſanguinea accumulatis, & debilitati fibrarum viſcerum dictorum.

§. VI.

Cauſſae huius febris mediatae remotiores ſunt ſex res non naturales, vt aer, cibus & potus, quies & motus, ſomnus & vigiliae, excreta & retenta, animi pathemata. Quomodo ex his peccantibus naſcatur febris in ſequentibus exponemus.

§. VII.

Aer peccat frigiditate, qua calorem noſtri corporis imminuit, & hinc immediate ſequitur imminutio transpirationis inſenſibilis, tunc particulae ſalino ſulphureae & ſeroſae, quae per tranſpirationem ſecerni debebant, retinentur, & hinc motus ſanguinis tardior fit, cohaeſio in ſingulis partibus maior, conſtringuntur & anguſtantur vaſa, praecipue extrema, ex his ſequitur ſtaſis, & facile oriri poteſt obſtructio. Humiditate etiam peccat impeditione tranſpirationis inſenſibilis &c., ob partes eius craſſiores eminentes.

§. VIII.

§. VIII.

Cibi craſſi nocent tanquam corpora cruda, vel in primis viis vel in maſſa ſanguinea, hinc facile poſſunt vaſa lactea & alia obſtrui, ob viſciditatem & magnitudinem eorum partium. Cibi viſcidi peccant obſtruendo vaſa lactea, & poros glandularum inteſtinalium & meſenterii, ſunt autem: caro fumo indurata vel ſale macerata, panis furfuraceus, vel non ſatis vel nimis fermentatus, piſces aliqui, vt carpiones, gelatina oſſium, tendines carnium, oſtreae, turundulae, ſimilia.

§. IX.

Potus ſpirituoſus i. e ſulphureus & acris, vt, ſpiritus vini ſimplicis abuſus, calorem quidem & motum majorem in maſſa ſanguinea gignit, ſalium tamen actionem, hinc ſeri fuſionem, impedit. Potus frigidus vi conſtrictionis vaſorum, & quia exinde facile ſtaſis & deinde obſtructio oriri poteſt, etiam nocet.

§. X.

Motus ſi ſit excedens, inprimis poſt coenam, exagitat maſſam ſanguineam, vaſa & fibras extendit, calo-

rem auget, diſſipat ſpiritus, & ex diſſipatione ſeri fit cohaeſio major partium in maſſa ſanguinea haerentium ergo oritur viſciditas. Ex diſſipatione ſpirituum autem, ſpiritus, qui ad concoctionem ciborum deſtinati erant, deſtituuntur, hinc cibi non ſufficienter coquuntur, & ob motum majorem ventriculi, cibi non ſatis reſoluti evacuantur in inteſtina tenuia, hinc ea praeſtant quae (§. VIII.) dicta ſunt.

§. XI.

Ex quiete nimia oritur ſerum viſcidum, pituitoſum, tartareum atque ſalinum, adpetitus imminuitur, digeſtio non rite abſolvitur, fibrae relaxantur, & tunc ſecretiones & excretiones non rite abſolvuntur.

§. XII.

Somnus quoque nimius omnia praeſtabit, & praeſertim in majori gradu, quae in §. antecedenti dicta fuerunt. Vigiliae nimiae autem, quia defectus ſeri & ſpirituum exinde ſequuntur etiam viſciditatem faciunt.

§. XIII.

Quando haemorrhoides & menſes ſupprimuntur, hanc febrem fuiſſe natam a medicis obſeruatum eſt.

§. XIV.

Adfectus animi vehementiores, vt gaudium ira &c. pro diverſo gradu item praeſtant, quod motus atque vigiliae (§. X-XII.).

§. XV.

Ex his cauſſis omnibus facile videmus, quod & quomodo oriri poſſit viſcidum cum acido bilioſo mixtum; porro cacochymia bilioſa, atrabilaria, labes ut plurimum viſceris alicujus, ut *hepatis*, *pancreatis*, *lienis*, vel infarctus, & obſtructio harum patium, cruditates acidae, viſcidae, fermentales &c., ex quibus deducitur cauſſa mediata proximor.

§. XVI.

Adfectus hypochondriacus & inprimis Scorbutus, febris quotidiana & tertiana non rite tractata, aliaeque febres erraticae, tanquam cauſſae praeternaturales conſiderantur.

§. XVII.

Quartana eſt vel *ſimplex* vel *compoſita*: de ſimplici iudicatu haud eſt difficile; compoſita dicitur quando non uno & ſimplici paroxyſmo, ſed duplici aut triplici vice periodus abſolvitur. Contingit enim vt ager uno die ſit immunis a febre & diebus ſequentibus patiatur paroxyſmos ſingulos, atque tunc dicitur quartana duplex. Quin & contingit ut quotidie novus recurrat paroxyſmus, hoc tamen ordine, vt primus in proportione durationis adflictionis, & ſymptomatum, reſpondeat quarto, ſecundus quinto, tertius ſexto, quartus ſeptimo, quintus octavo, ſextus nono, & ſic porro, & tunc dicitur *quartana triplex* de his vid. *celeb. Sylv. L. I. prax. Cap. XXVII.* §. 13. *ſqq.*

§. XVIII.

Deinde aut *legitime* ſe habet haec frebris, quae exactius, quam ullum aliud febrium genus, horis pomeridianis recurſus terminum ſervat; aut notha obſervatur, ſi contra non eſt certum reditus tempus, ſed plerumque ante meridiem venit, aeſtus quoque impenſior frigus gravius ſequitur.

§. XIX.

Et porro eſt vel *Continua*, vel *Epidemia*, vel *Endemia.* In continuis paroxyſmus ordinarie quarto die venit, ſed hoc diſcrimine, vt aegri diebus intercalaribus mitiori paroxyſmo ſymptomatibusque infeſtentur

§. XX.

Epidemiae graſſari ſolent in ſingulis fere annis, & ſive vitio aëris, ſive vitio alimentorum, contrahuntur. Conf. celeberr. *Werlhof. de febr.* p. 9. §. 3.

§. XXI.

Endemiae in diverſis regionibus, praecipue in locis ſeptentrionalibus, nempe in Pomerania, Weſtphalia &c. frequentes inveniuntur.

§. XXII.

Facile quidem, vt §. XVII. dictum eſt, dignoſci poteſt quartana intermittens ſimplex, ſed vt ordinem obſervemus, totam hujus febris periodum deſcribamus oportet. Scilicet in principio eſt perceptio oſcitationis & pandiculationis, capitis, dorſi,

& lumborum contuſivus dolor accedit, quin & laſſitudo artuum uniuerſalis, & non raro inquietudo corporis. Refrigeſcentia manuum atque pedum ſequitur, palleſcentia corporis univerſi, livorque faciei & unguium; & tunc ſuperuenit horror & corporis quaedam refrigeratio, quae ſucceſſive creſcit, & vt plurimum ad horas duas vel tres durat, quae refrigeratio, quod bene notandum, ſaevior aut ſaltem perceptibilior eſt in regione lumbari, ita vt in dorſo ſurſum & deorſum repere videatur. Calor accedit minus vrens, ſatis tamen ariditate moleſtus, per horas quinque vel ſex circiter durans. Ceſſare paroxyſmus ſolet ſudore, ſed non ſemper. Pulſus in frigoris praeſentia debilior, inaequalis, varians. Urina in principio tenuis, poſtmodum tartarea atque tincta. Adpetitus ante & poſt paroxyſmum aliquando major, aliquando minor, apud ſingulos vero in paroxyſmo conatus vomendi obtinet. Paroxyſmus ipſe binis diebus poſt redit.

§. XXIII.

Diuus ſenex HIPPOCRATES * generalem praedictionem proponit L. *I. Epid. Sect* 31. 4. ἀσφαλέςατος δὲ πάντων καὶ ῥήιςος καὶ μακρότατος ὁ τεταρταῖος *ſecuriſſima omnium placidiſſima ac longiſſima quar-*

quartana. Ex quibus concludi poteſt, Hippocratem hoc loco quartanam exquiſitam intelligere, quae viſcera ſana invenit & relinquit.

* Conf. *Illuſtrem Werlhof. de febribus* pag. m. 15. vbi ex *Campanellae* medicinal. L. II. c. 7. art. 4. ſequentia adducit verba: *Quartana intermittens habetur pro tutiſſima, febrium quamuis longiſſima. Contingit tamen plerumque, ob tot febriles circuitus, habitus hecticus, &, cum lien ſcirrhum ob hanc febrim incurrit, aut cancroſam diſpoſitionem, lethalis eſt, & ſaepe hydropem adfert.*

§. XXIV.

Quartana igitur omnium febrium intermittentium tutiſſima exiſtimatur, propter longa intervalla, praeſertim quae nondum diu durauit, & ſola eſt, neque vel ab errore diaetae, vel a medicamento male adplicato, turbata eſt. Inconſtans in typo vt plurimum motu veluti critico curatur.

§. XXV.

Quartana * Aeſtiva rariſſima, brevior eſt autumnali, quae vt plurimum invenitur, hac de re hic morbus a nonnullis autumnalis nominatur: Haec febris per plures ſeptimanas immo menſes & annos durat, ratione gradus viſcidi vel majoris vel minoris, facileque revertitur, licet abiiſſe putetur.

* *De quartanis hibernis in morbos acutos transeuntibus vid. Illuſtr. Archiatrum Regium Werlhofium de febr. Sect. 1. §. 4. p. 15. ſq.*

§. XXVI.

Si in quartana intermiſſionis diebus adpetitus conſtet, bonum, ſi autem deficiat, malum eſt ſignum, & raro tales evadere aſſerit *Hoeferus* in *Hercul. med.* p. 293.

§. XXVII.

Reſpectu modi eventus, plerumque per vomitum, vbi plurimi crudi humores in ventriculo haerentes rejiciuntur, abit. Aliquando motu critico ſolvitur ſudoribus, vrinisque craſſis, nigris, menſtruis aut haemorrhoidibus fluentibus, haemorrhagia narium, abſceſſu in crura. Aliquando, ſi ſit male curata, transmutatur in continuam; ſi inveniat viſcera obſtructa, aut ſi haec in deſtructione, in hydropem, hecticamque abit. Icterum in quartana ſalutarem ante ſeptimum ſupervenientem paroxyſmum obſervavit *Bartholinus Cent.* 3.

§. XXVIII.

Quum autem omnis curatio rationalis teſte *Galen. l.* 2. *method. med.* 6. 7. *Indicationum methodo abſolvatur*, & ſine ea medicus gratioſum aegro auxilium cito tuto atque jucunde nequaquam ferre poſſit; de ea etiam erimus ſolliciti, eamque conſtituemus in proximis ſequentibus.

§. XXIX.

Indicatio igitur consistit 1) vt materia viscida & biliosa in primis viis resolvatur atque removeatur. 2) vt acidum temperetur, obstructionesque viscerum quae adsunt expediantur. 3.) vt causae foventes corrigantur & symptomata vrgentia removeantur.

§. XXX.

Resolvunt salina implicita, vt amara, quae etiam roborant; vt, rad. trifol. fibr. gentian. tertianar. serpent. virgin. cichor. plantag. HB. absinth. C. B. centaur. min. summit cent. min. cort. chin. de chin. de cuius vsu vid. celeber. *Ettmullerum* & *Werlhofium*. cort. cappar. lign. Colubr. & cort. chacarill. vid. Illustr. senem *Hoffmann. de febr. intermitt. in T. IV.*, vt & infusa & decocta ex his parata.

§. XXXI.

Resolvunt iterum salia explicita media, scilicet sal absint th. card. bened. centaur. min. febrifugum *Mynsichti*, *Syluii*, arcan. tartari, tartar. vitriolat. tartarus tartarisat. arcan. duplicat.

§. XXXII.

Evacuant vomitoria atque purgantia, vt rad. Ipecacuanh. gialap. cremor. tartar. & etiam decocta;

 vt

vt decoct. fol. ſenn. ſalia amara, vt ſal ſedlicens. ſalia acidular. pilul. de ammon. de gummat. Sylv. tartareae *Wedelii* & *Quercetani &c.*

§. XXXIII.

Indicationi ſecundae ſatisfaciunt diluentia & acrimoniam obtundentia, vt decoct. rad. chin. ſcorzoner. hord. cortic. citr. paſſul. minor. item ſerum lactis dulc. Obtundunt acrimoniam bezoard. atque terrea, vt antimon. diaph. perl. corall. lap. cancror. conch. matr. perl. tartarus vitriolat. arcanum duplicat. pulvis rhabarb. terra foliat. item martialia, vt tinctur. mart. *Zwoelfferi*, cydoniat, helleborat, eſſentia vitrioli mart. *Ludovici.*

§. XXXIV.

Reſolvunt etiam ſalina volatilia & oleoſa, vt ſpiritus ſalis ammoniaci urinoſus vel eſſentiae: mari veri roris mar. Tinctura bezoard. ſpecies aromat. ſal volatilis *Sylvii*, olea deſtill. vt cinnamom. caryophyll. &c.

§. XXXV.

Tertiae indicationi inſiſtunt aperientia atque antiſcor-

tiſcorbutica, vt pulveres praeparati ex conchis praep. matr. perl. praep. lapid. cancror. pulv. abſorbens *Wedelii*, anticacheƈt. *Quercetani*, ſalia alcalia fixa & volatilia, arcanum tartari, mixtura antiſcorbut. Quando in ſiniſtro hypochondrio dolor accedit, Emplaſtra adhibenda ſunt, vt Emplaſtr. diachyl. ſaponat. *Barbettii*, camphorat & alia.

§. XXXVI.

Quartana autumnali tempore facile redire ſolet, vt ne recurrat eſt praecavendum. Optimum medicamen tum nobis propoſuit magnus ille *Celſus* libr. III. Cap. XVI. ubi inquit, *ſi febris quievit diu meminiſſe ejus diei convenit, eoque vitare frigus, calorem, cruditatem, laſſitudinem; facile enim revertitur niſi a ſano aliquando timetur.* Hinc avertere poſſumus vitando ventos ſeptentrionales, aerem frigidum & humidum, locaque paludoſa, conſervando tranſpirationem inſenſibilem, corpusque aperiendo & evacuando.

§. XXXVII.

Tandem ad Diaetae ordinationem compellimur, cuius neceſſitatem Galenus indicat; *fruſtra enim*

in

inquit, *optima illis medicamenta praescribuntur qui diaetam servare aut nolunt aut non possunt.*

§. XXXVIII.

In hoc morbo ita Diaetam praescribemus, nempe aer temperate calidus eligatur, vitetur frigidus, vliginosus, crassus, & nebulosus, somnus & vigiliae sint mediocres; cibi sint boni succi & facilis coctionis, vitandi sunt crassi, acidi, viscidi & flatulenti, potus temperatus sufficiens vtilis est, vt cerevisia bene cocta probeque defaecata, cui simul herbae, vt C. B. borrago, aut lingua cervina fuere inditae; alvus aperta teneatur, animi pathemata, vt tristitia, moeror, ira & similia absint.

F I N I S.

